Sub 488

Subdelegato Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Generosos Raphaelem Theophilum Gabrielem Benedictum Catherinam Marianam Theodosiam filios et filias olim Gnosi Reinholdi Falk in Hyjmienice haeredes de Causa et actione primum olim Actoris eorum tandem reassumptione iuris successores ad Judicium Terrae ac officium Judiciumque Castren. Ratione Tollendae summae de bonis Hyjmienicze eo nomine Certarum sortium institutis ac poena Bannitionis eo nomine obtentae tum et de omnibus Bannitionibus in quibusuis Causis super ipsos obtentis ac eorum publicationibus ob praestitam satisfactionem quietat emittit et liberos facit poenamque Bannitionum eiusmodi cum eorum publicationibus cassat annihilat perpetuo.

Falk **Quietatio**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. atque Generoso Joanne Skolimowsky per Gnosum Albertum Grzymek Krasowsky Pincernam Terrae Bielsken. et Vicecapitaneum Castren. Bransken. in locum officij sui subdelegato personaliter Comparens idem Gnosus Vicecapitaneus Coram eodem subdelegato, sanus mente et corpore existens palam publice recognouit. Quia Generosum Raphaelem Falk de conditione certa in intercisa secum de data in Bransko decima Januarij Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octauo confecta specificata ibique ratione administrationis Justitiae de subditis Zabonsko Raman et ... quia adstans proponens asseritur super quo saluam vindicationem ... sibi reseruat et processu eo nomine obtento in quouis gradu iuris dependente emittit quietat et liberum facit, conditionem eiusmodi intercisae cum processu ac toto effectu cassat. Saluis alijs conditionibus in eadem intercisa exaratis tum et necessitatibus ...

Coram officio et Actis atque Gnoso Joanne Skolimowsky per Generosum Albertum Grzymek Krasowsky Terrae Bielscen. Pincernam Castren. Bransken. Vicecapitaneum in locum officij subdelegato personaliter comparens idem Gnosus Vicecapitaneus Coram eodem Subdelegato sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Generosum Falk de conditionibus Certis in intercisa de data in Bransko nona Januarij Anno Millesimo sexcentesimo quadragesimo octauo confecta ... Trecentorum florenorum polon. firmata ibique Ratione satisfactionis pro vulneribus subditorum et ratione restitutionis feni atque ratione falangarum ... restitutionis tum et processibus eo nomine institutis in quibusuis gradibus iuris dependentibus ob praestitam rationem praemissorum satisfactionem quietat emittit et liberum facit, conditiones praemissas et processus omnes cassat annihilat penitus temporibus. Saluis alijs Conditionibus in eodem Contractu exaratis ... [illegible] et processibus.

G. Vicecapitanei loci huius **Debitum.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter Comparens Generosus Raphael Falk olim Reinholdi Falk in Hyjmienicze filius Sanus mente et corpore existens palam publice recognouit. Quia Generoso Alberto Grzymek Krasowsky Terrae Bielscen. Pincernae et Vicecapitaneo Castren. Bransken. (qui in locum officij quoad Actum hunc tantum attinet Generosum Joannem Skolimowsky Subdelegauit) et in euentu mortis illius, legitimis, successoribus tenetur estque debitus Certi veri ac liquidi debiti mutuati qui recenti summam Ducentorum Quadraginta florenorum polonorum numeri et monetae polonicae. Quam quidem summam idem recognoscens submittit ac de bonis generaliter omnibus ... suis postero ...

45905

inscribit item Generoso Vicecapitaneo Brediensi suo sive eius Successoribus hinc et a data
praesenti pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime futuro solvere rea-
liter et effective reddere, aut circa acta offici praesentis reponere et relinquere repo-
sitamque et receptam ad censuras ab eodem officio non recipere nec modo quovis
arestare aut efficere debere sub vadio simili aliorum ducentorum quadraginta
florenorum polonicalium in casu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum succumbendo et
coram officio Castrensi Capitaneali Branscensi in primo Citationis termino peremptorie respon-
sione ac satisfactione. Omnibus controversiis exceptionibus, allegationibus et a Iure dilationibus
terrae vel Regni infirmitatibus, motionibus, appellationibus ac earum quibusvis prorogationibus
contra praemissa et adversae volendo, imo his et aliis in universum iuris remediis et de-
fensis se suosque successores abrenuntiando.

G. Zaliwskius — Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal Branscensibus personaliter comparens
Generosus Raphael olim Reinholdi Falk sanus mente et corpore existens palam publice
ac libere recognovit. Quia Generosos Joannem Vladislaum Zaliwsky Subdapiferum
Terrae Liwensis et Hiacinthum Zaliwskij de inscriptione seu recognitione certa per ipsos
nomine Generosi Stanislai Zaliwskij Subiudicis Terrae Liwensis parentis sui praesentiae
acta adire non valentis de data decima octava mensis Februarii Anno Mil-
lesimo sexcentesimo quadragesimo octavo confecta et coram actis Castrensibus Kurzeni
feria tertia post festum sancti Valentini martyris anno eodem roborata, unaque
omnibus conditionibus et roboratione ac ligamentis, quietat emittit et libe-
ros facit eiusmodi recognitionem et eius roborationem cum toto effectu cassat et anni-
hilat temporibus perpetuis.

G. Zaliwskij subiudicis Liwen. — Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanea Branscensibus personaliter comparens Gene-
rosus Raphael olim Reinholdi Falk de Krzymienicze Dominus sanus mente et corpo-
re existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generosum Stanislaum Zali-
wskij Subiudicem Terrae Liwensis de solutione summae mille quadringentorum viginti quin-
que florenorum polonicalium ad rationem dotis per eundem Generosum Subiudicem Generosae
Barbarae Zaliwska filiae suae coniugi vero recognoscentis certa inscriptione asse-
curata quietat emittit et liberum facit. Ratione vero residuitatis summae ex eadem
inscriptione provenientis salvam inscriptionem reservat et conservat.

G. Vicecapitaneus loci huius — Quietatur.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanea Branscensibus personaliter comparens
Generosus Joannes Casimirus Zuba Exactor Terrae Bielscensis sanus mente et corpo-
re existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Generosus Albertus Gry-
mek Stratowski Vicecapitaneus loci huius (qui in locum officii sui quoad eum
actum attinet Nobilem Anselmum Iablowski subdelegavit). Summam quadrin-
gentorum florenorum polonicalium debiti coram actis praesentibus inscripti anticipando tempus
solutionis assignatum persolvit, ideo ipsum quietat et liberum facit, inscriptionem
eiusmodi cum toto effectu ligamentis per se cassat annihilat perpetuo.

Sklodowie Borutij — Emissi.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal Branscensibus personaliter comparens Generosus

Pantaleon